1530. d. 25. Martij —

Sigismundus Primus Rex — Poloniæ Georgio Duci Saxoniæ et Marchioni Misniæ —

38

Ill.me Cum ea quæ vestra Illustritas egit non pridem nobiscum medio nobilis Schomberger Oratoris sui detractanda concordia inter Serenissimum Dominum Regem Ferdinandum et eius Maiestatis adversarium moram non patiantur, propterea quod tempus suspectissimum, iam appetit, et vis ingens Turcorum fertur omnino Castra in finibus collocasse, et nihil aliud quam opportunitatem irrumpendi expectare: significatio vero quam jam dudum nobis dari debuit a vestra Illustritate de voluntate ipsius Serenissimi Domini Regis Ferdinandi hactenus non apparet. Rogamus plurimum vestram Illustritatem ne hac in re diutius moretur, ne post hac occasionem bene gerendi in hoc negotio amittamus, sed voluntatem ipsam illius Maiestatis nobis quam totius declaret, nisi nos metus publicæ calamitatis — et debitum nostrum urgeret, facile —

hanc

hanc expectationem ferre possemus felicissi-
me valeat vestra Illustritas et nos diligat.
Datum Cracoviae feria sexta ante Do-
minicam laetare de ipso anuntiationis
Mariae qui fuit vigesima quinta Mar-
tij Anno Domini     Regni nostri
anno XXIIII.

Pascha ergo fuit 17. aprilis